

2791 sub signo Silvani acephalo (alto palm. circiter 3) rep. Gabiis vel prope Gabios, extabat, cum UHDEN vidit, in horreo quodam fundi Castiglione.

Q VERANIVS MYSTIS
SILVANO VOTVM.

Uhden, qui vidit anno fere 1792, in schedis musei Berolinensis. — Aliunde non novi.

2792 fragmentum tabulae litteris bonis, rep. una cum n. 2789.

VERVS
L · CAECILI
ACTOR ARAM
POSuit

Zoega inter schedas Marinii cod. Vat. 9127 f. 275.

2793 tabula magna marmorea Gabiis rep. a. 1792. Nunc Parisiis in museo Louvre.

VENERI · VERAE · FELICI · GABINAE
A · PLVTIVS · EPAPHRODITVS ACCENS · VELAT NEGOTIATOR · SERICARIVS · TEMPLVM · CVM
SIGNO · AEREO · EFFIGIE · VENERIS · ITEM · SIGNIS · AEREIS · N · III · DISPOSITIS · IN ZOTHECIS · ET
BALBIS · AEREIS · ET · ARAM · AEREAM · ET · OMNI · CVLTV · A SOLO · SVA PECVNIA · FECIT · CVIVS · OB
5 DEDICATIONEM DIVISIT · DECVRIONIBVS SING · X V · ITEM · VI · VIR · AVG · SING · X III · ITEM · TABER
NARIS · INTRA · MVRVM · NEGOTIANTIBVS · X I · ET · HS · X · M N · REI · PVBL · GABINOR · INTVLIT · ITA VT · EX
VSVRIS · EIVSDEM · SVMMAE QVOD · ANNIS · IIII · K · OCTOBR · DIE · NATALIS · PLVTIAE · VERAE
FILIAE · SVAE DECVR ET · VI · VIR · AVG · PVBLICE · IN TRICLINIS · SVIS · EPVLENTVR QVOD SI
10 FACERE · NEGLEXSERINT · TVNC · AD MVNICIPIVM · TVSCVLANOR · HS · X · M N PERTINEANT
QVAE · CONFESTIM · EXIGANTVR · LOC · DATO · DECRETO · DECVR
15 Mai. 169 DEDICATA · IDIBVS · MAIS L · VENVLEIO · APRONIANO · II L · SERGIO · PAVLLO · II COS

Descriptit Henzen, ipse recognovi ad ectypum. Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 321; Marini ms. Vat. 9126 f. 66, qui vidit partem; Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X (Gotting. 1794), 3 p. 3 (inde Orelli n. 1368); E. Q. Visconti mon. Gab. p. 122 (163) seq. cum tab.; Clarac *musée de sculpture, inscriptions* tab. IV cf. text. vol. II, 2 p. 981 n. 608; Bouillon tom. III *cippes sépulcrales* tab. 5; Froehner *notice de la sculpture du Louvre* (ed. 2) p. 200 n. 171.

Veneri Verae felici Gabinae | A. Plutius Epaphroditus accens(us) velat(us) negotiator sericarius templum cum | signo aereo effigie Veneris, item signis aereis n(umero) quattuor dispositis in zothecis, et | balbis [= valvis] aereis et aram aereum et omni cultu a solo sua pecunia fecit. Cuius ob | dedicationem divisit decurionibus sing(ulis) (denarios quinos), item (se)vir(is) Aug(ustalibus) sing(ulis) (denarios ternos), item tabernariis intra murum negotiantibus (denarios singulos), et (sestertium decem) m(ilia) n(umnum) reipubl(icae) Gabinor(um) intulit, ita ut ex | usuris eiusdem summae quodannis (quartum) k(alendas) Octobr(es) die natalis Plutiae Verae | filiae suae decuriones et (se)vir(i) Aug(ustales) publice in triclinis suis epulentur; quod si | facere neglexserint, tunc ad municipium Tusculanor(um) (sestertium decem) m(ilia) n(umnum) pertineant, | quae confestim exigantur. Loc(o) dato decreto decurionum). | Dedicata idibus Mais L. Venuleio Aproniano ii L. Sergio Paullo ii co(n)sulibus).

Filiam nomine Veram A. Plutius Epaphroditus, is ipse cui dedicatus est titulus infra n. 2812, dedicavit sub imagine Veneris appellans eam Venerem Veram felicem Gabinam. Quod die dedicationis non solum decurionibus et Augustalibus, sed etiam tabernariis sportulas obtulit Plutius Epaphroditus, inde colligi potest corpus tabernariorum locum non ultimum in re publica Gabinorum obtinuisse. Conferendus est Dionysius 4, 53, qui sua aetate Gabios magna ex parte esse vacuos πλὴν ὅσα μέρη πανδοχεύεται κατὰ τὴν διόδον scribit. Fuerunt sine dubio etiam extra Gabios passim in via Praenestina tabernae et tabernarii; sed eos tantum qui intra murum Gabiorum negotiabantur a Plutio Epaphroditio esse honoratos non est mirum. Similiter alibi in donationibus una cum ordine decurionum et Augustalibus sportulas accipit non universus populus, sed tantum *populus intra murum morantes* (Corp. IX, 982) sive, quod idem est, *plebs urbana* (Corp. IX, 3842. 4697).

2794 in parietinis ecclesiae S. Primi olim episcopalis Gabiorum FABR. Significatur, ut videtur, aedicula veterum Christianorum, de qua cf. supra p. 279 not. 5 et praeterea Nibby *analisi* 2 p. 86; nam Fabrettum de situ Gabiorum recte fere iudicavisse colligitur ex eis, quae contra Holstenium scripsit (de aquis ed. 1680 p. 168).

VSTIAN QVI / / / / / / / / / / / / / / /
Amen? perp ETVVS ADE / / / / / / / / / / / / /
IR AVG III VIR / / / / / / / / / / / / /
Iudos sca ENICOS ET / / / / / / / / / / / / /
5 ET DECVRIO n / / / / / / / / / / / / /
CVM PRIN / / / / / / / / / / / / / / /
7 MI CVM / / / / / / / / / / / / / / /
'sequuntur tres lineae desperatae lectionis' FABR.
11 AVG DRVSI PATRIS GERMANICI CAESARIS DRVSI CAES
ag RIPPINAE AVIAE NERONIS CAESARIS GERMANICI /
ANTONIAE AVG F ET CLVPEA INAVRATA VI ET / /
TILE VNA CANCELLOS ACERNEOS POD / / / / / / /

Servavit Fabretti 743, 513. Inde repetiverunt Vulpi Lat. 9 p. 283; E. Q. Visconti mon. Gab. p. 12 (16).

11—14 homines domus imperatoria, quorum imagines (cf. *clupea inaurata* v. 13) hoc titulo videntur esse dedicatae, agnoscentur hi: 1) *Drusus pater*, intellege Claudii Augusti, sub quo titulus scriptus est et cuius nomen fortasse praecedebat; 2) *Germanicus Caesar*; 3) *Drusus Cae[sar]* Tiberii filius potius quam Germanici; 4) [Agrippina Germanici uxor, avia Neronis Caesaris Germanici; 5) *Antonia* (Ti. Claudii) *Aug(usti) filia*.] Titulus scriptus est post adoptionem Neronis et ante mortem Claudii, id est inter annos 51 et 54. Quot nomina perierint non constat (vix enim v. 13 legendum est *clupea inaurata sex*), nec magis liquet qua ratione vivos et mortuos coniunxerit is qui titulum dedicavit.